

astrologia est quasi oculus qui non <est> in potencia ad operationem. Item Apollonius in sua arte magyca sic dicit: Medicus sine stellis et nygromanticus sine ossibus est quasi ymago que non a spiritibus vivificata. Item Albumazar in Introductorio suo maiori sic dicit: Astrorum sciencia
 115 *est principium sciencie medicine. Item Ypocras in libro de natura aeris et aque sic dicit: Etsi ex altissimis consideraveris, invenies astrologiam non esse minimam partem sciencie medicine.*

Ex quibus omnibus clare patet modus, quo astrologus est utilis in pronosticando futura circa statum humanum, quia ipse dicit homini:
 120 „Illo tempore non debes minui sanguine^{q)}“ vel „non coyre cum uxore“ vel „debes minui et coire“ et consimilia, que sunt cautio a malis et prosecutio utilis et bona, vel amministrabit tales et tales medicinas vel tales res secundum exigenciam complexionis humane. Et sicut est de sanitate et egritudine, sic est de omnibus aliis circumstantibus statum hominis. Et scitote, quod multi fervencius studerent illam scienciam, si curia
 125 Romana non lederet^{r)} illos; unde temporibus <nostris> quidam astrologus in iudiciis peritissimus fuit combustus per filium regis Roberti Apulie, scilicet Franciscus de Esculo¹⁴⁾, qui multum laboravit in ista sciencia, et ex hoc precipue, quod dedit iudicium, quod Romanum imperium^{s)} deberet modo fortificari et augeri breviter.
 130

Gracia igitur istius nobilis sciencie intendo ad presens exponere librum de spera, qui est introductorius in istam scienciam et est faciliior et lucidior ceteris tractatibus introductoriiis. Quapropter vidende sunt eius cause, que consueve sunt in principiis librorum recitari: Causa efficiens
 135 huius libri fuit magister Johannes de Sacrobosco quidam Parisiensis doctor; unde in epytaphio suo, quod est in ambitu sancti^{t)} Maturini martiris Parisiis, habentur isti versiculi:

De Sacrobosco qui compotista Johannes
Tempora discrevit, iacet hic supra tempora raptus.
 140 *Tempora qui sequeris, memor es quod tu morieris.*
Si miser es, plora; pro me miserans, precor, ora.

q) sanguinem Hs.

s) debilis getilgt

r) durch Expungierung aus lederent verb.

t) sancti eingefügt

lations of the pseudo-hippocratic tract on astrological medicine, Janus 49 (1960) S. 104—129, insbesondere das Incipit S. 105 f.: *Cuiusmodi medicus est qui astronomiam ignorat, nemo quidem in manus illius se committere debet, quia imperfectus est et cecus, et ideo non merito talis medicus reputatur . . . Est enim hic ut aliquis in nobiliori sensu viduatus . . .*

¹⁴⁾ Über Cecco d'Ascoli vgl. oben Text-Anm. 36.